

39
respectus coetigit in termino ad quē referunt alium re-
spectum sibi correspondētē et dico in relatis veris sed
in sex principijs respectus non requirit in termino ad
quem aliquem respectū sibi correspondētē. Actio em̄
p̄ ut est vnum de sex principijs dicit respectus in mo-
tu ad agens vt illud qđ sit inter agens et paciens scz
motus respectu agentis dicit actio respectu vo pacien-
tis dicit passio tamē nec in agēte nec in paciente est re-
spectus ad motum predictum. licet sit respectus agen-
tis ad paciens et everso qui respectus non sunt actio
et passio sed due relacōs scz actui et passui. Similiter
eciam quando dicit respectū temporis ad rem tempo-
ralem et sic de alijs predicamentis ꝛc

Capitulum primum quid sit actio scz raciones
principalem iuxta vtranqz opinionem

Actio est forma scdm quam in id qđ subicitur
agere dicimur. Ad quod intelligendū sciendū
qđ duplex est actio. Una que vocatur actio in-
manens vt intelligere calere. Alia dicitur transiens vt ca-
lescere. Actio immanens non est causa efficiens rei
vt sit in actu sed est idē qđ est esse in actu. Calere em̄ est
qđ esse in actu caloris et scz talem actionē dicit agere
aliquid qđ est formaliter esse sic calor facit seu agit foꝛli-
ter calidum illud in quo est. Calere enim cōpatur ad
calorem sicut actus secundus ad primū. ¶ Notandū
qđ actus primus et secundus potest dici tripliciter. Vno
mō sic qđ actus primus sit forma aliqua et actus secun-
dus sit actio transiens differēs realiter ab ea sicut se ha-
bet calor ignis et eius calefactio et isto mō calere non